UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis. ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue] docto eos digne legenti. predicanti. aut ...

Nicolaus <de Plove>

Argentine, 22. XI. 1494 - 1495

Titelblatt

urn:nbn:de:hbz:466:1-31214

Visual Library

[illegible]

Sermones uenerabilis magiſtri Nicolai de blony decretorū doctoris. capellani epiſcopi Poſnonienſis. ualde deſeruientes populo. ſed et clero utcūqz docto eos digne legenti. predicanti. aut audienti. de tempore et de ſanctis.

[illegible]

Augustinus in sermone de natali b(ea)te marie magdalene
Nullum est peccatum quod facit homo, quod no(n) p(otest) facere alter homo, si desit rector a quo factus est homo

Sapie 16
Ingrati spes tanquam hybernalis glacies tabescet: & disperiet tanquam aqua supervacua

Ecc(lesiastic)i 43
Multa dicimus et deficimus in verbis consummatio autem sermonum ipse est

Ouidius
Fratres illi qui non simulachra, sed ipsos,
Quique decentora corpora vera vident

Forma colendi imagines duobus carminibus ex greco in latinum ita versis exprimitur
Nam deus est quod imago docet, sed non deus ipsa
Hanc videas, sed mente colas, quod cernis in ipsa

Societ. Jesu Paderbornae
Ex donatione R(everen)di D. Sebastiani Schulten. a° 1598

H VIII 17

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Basilius magnus in Homilia de laudibus Ieiunij

Noli imitari Evae inobedientiam, noli rursus serpentem adhibere in consilium, qui dum gratificatur carni, cibum suggessit. Ne causeris infirmam corporis valetudinem, ne dixeris te ieiunium ferre non posse. Neque enim mihi istas excusationes profers, sed iuxta proverbium, scienti loqueris, nimirum deo quem nihil fugit. Age dic mihi, ieiunare non potes, & potes expleri edulijs, potes conficere corpus estatae pondere? Atqui infirmis, non varia ciborum copia, sed inedia & abstinentia a medicis praescribi solere scio. Qui fit igitur, ut cum ista possis, illa te non posse causeris? Utrum ventri facilius est, tenui victu transmittere noctem, an copia ciborum gravatum iacere? imo ne iacere quidem, sed crebro huc & huc verti, distentum ac gementem? Nisi forte simul dicturus es illud, quod nauclerici facilius servant navem sarcinis onustam, quam eam quae ad cursum expedita est, ac levis. Nam oneris magnitudine gravatam, quamvis exiguus fluctus demergit, Contra quae modicis sarcinis temperata est, facile suffert undarum impetum, eo quod nulla res impediat eam quo minus fluctum in altum surgentem superet, Eundem ad modum & hominum corpora, assidua expletione degravata, facile a morbis demerguntur, Caeterum quae facili, leviique utuntur alimonia, non modo malum, quod a morbo [illegible] imminente expectabatur, veluti tempestatis assultum effugiunt, verum praesentem iam aegritudinem, veluti turbinem quendam occurrentem destruunt, videlicet iuxta tuam sententiam laboriosius erit quiescere quam currere, & onerosum esse quam luctari, siquidem indicas congruentius esse infirmos delicijs expleri quam parco, tenuique victu,

Et sequuntur ibidem pulcherrima.

Non suspicatur quenquam insidias struere coniugio maritus conspiciens uxori familiare [illegible] ieiunium Non contabescit uxor zelotypia cernens maritum amplecti ieiunium